Staats- und
Universitätsbibliothek
Bremen

Gefördert durch
DFG Deutsche
Forschungsgemeinschaft

Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

DFG-Projekt "Personales Gelegenheitsschrifttum in der SuUB Bremen (16. bis 19. Jhd.). Digitalisierung und Erschließung."

Rector & Professores P. Illustris Scholæ Bremensis Lectori S.

Rhode, Johann

[Bremen], 1745-06-04

VD18 90861140

Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

Signatur: brem.a.0619-46

urn:nbn:de:gbv:46:1-181033

Visual Library

RECTOR & PROFESSORES P.
ILLUSTRIS SCHOLÆ BREMENSIS
LECTORI S.

MODERATIO ANIMI, quæ ut Valer. Max. Lib. IV. cap. I. in init. ait, *mentes noſtras impotentiæ & temeritatis incurſu tranſverſas ferri non patitur*, MORUMque BLANDA LENITAS, uti omnes ſine diſcrimine, præcipuè in ſocietate cum aliis viventes, apprime decet, ita inſigni maximéque neceſſario ornamento illis eſt, quos Divina Providentia Reipublicæ gubernaculo admovit. Hæc gravitatem, quam muneris dignitas flagitat, humanitate temperat, arbitrariæ autem poteſtati, effrenisque impetui animi, modum ponit. Hæc impedit, quò minus quis ſe efferat inſolentius, aliisque præ ſe contemnat, aut affectuum perverſis motibus abreptus, ſuique officii immemor, illis, quorum ſaluti invigilare, quorumque commoda promovere debebat, gravis atque pertimeſcendus evadat. Qui ita animati ſunt, aliis ope ſuâ aut conſilio indigis, liberum ad ſe facilémque acceſſum pandunt, nec quenquam cujuscunque etiam is conditionis ſit, ferociter repellunt. Qui ſic affecti ſunt, patulas ultrò omnium aures præbent, ſuique deſideria aut neceſſitates liberè exponendi, & velut in paternum ſinum effundendi anſam ſuppeditant, sicque ipſi ſimul non ſolùm intelligunt, quo pacto illis quàm rectiſſimè ſubvenire queant, ſed & occaſionem ſæpe nanciſcuntur, in cauſas, quarum cognitio ad ipſos pertinet, placidiùs penitiúsque inquirendi, quod ut optimè conſtitutâ republicâ ipſius Dei nomine primùm MOSES, & ad ejus dein exemplum pius Rex JOSAPHATUS magiſtratibus judicibúsque tantoperè commendabat *Deut.* XIX. 18. & 2. *Chron.* XIX. 6. ſeqq. Qui iſto ſunt animo, non facilè ſuam benevolentiam fruſtra implorari ſinunt, quin gaudent potius, ſi illam in civium ſuorum commodum exſerere queant, aut ſi etiam votis annuere non poſſint, non vanâ pollicitatione, ſed blandiori, at verâ tamen & ſincerâ propenſæ voluntatis teſtificatione, ægritudinem leniunt, memores, quod rectiſſimè de *Principe*, humani generis deliciæ, TITUS dicebat, apud SUETONIUM *in ejus vitâ* cap. VIII. multò magis in *liberæ Reipublicæ Gubernatores*, quadrare: *Non oportere quenquam à ſermone eorum triſtem diſcedere.* Quod ſi & nonnunquam ſeveritate uti Leges jubeant, moderatum illud lenéque ingenium, non ſolùm privatis affectibus aut ſimultatibus nihil indulget, ſatius cenſens, cum *Tarentino Archyta*, apud Val. Max. loco adducto dicere, *jampridem à te ſupplicium, niſi iratus eſſem;* ſed & rigorem, quantum jura ſinunt, ita temperat, ut pateat, non ſine ægritudine quadam aliis ægrè facere, civésque non perditos, ſed emendatos & ſervatos cupere. Hæc itaque virtus meritò in *P. Sulla*, in *Valerio Poplicola*, inque aliis claris Viris apud Veteres ſummis laudibus extollitur, in quibus *ut eadem ſuos effectus recognoſcat*, prolixiori eorundem enumeratione curavit plus ſemel laudatus Valerius Max. Hinc igitur ſummo jure operam dant quotquot *longè errare* ſciunt, *qui imperium gravius eſſe aut ſtabilius credunt, vi quod fit, quàm illud quod amicitiâ adjungitur*. Per hanc ſe verè *Patres Patriæ* (qui præſtantiſſimus omnésque alios etiam ſuperbiſſimos infinitis paraſangis exſuperans magiſtratuum titulus eſt) præſtant. Per hanc facillimè inveniunt *aditum ad multitudinem, ut in univerſorum animos influere poſſint*, ut cum ROMANO ORATORE *Lib.* II. *de Offic.* cap. IX. loquar. *Vehementer enim*, ut mox ſubjungit, *amor multitudinis commovetur ipſâ famâ & opinione - - omnium earum virtutum, quæ pertinent ad* MANSUETUDINEM & MORUM FACILITATEM. Quare & DION Syracuſano DIONYSIO inculcabat: [illegible Greek], *quæ nunc invicti faciunt, coalitione imperii, hæc moderatione & juſtitiâ tanquam Patri cum benevolentia eſſe præſtituros*. PLUT. *in Dion.* p. 962. Qui ſic præſunt reipublicæ, hos & cives vivos in oculis ferunt, horúmque etiam memoria illis poſt fata, ſacroſancta manet. Beata Reſpublica quæ tales nacta eſt Proceres! Felix civitas quæ talibus moderatoribus gaudet! Hac felicitate dulciſſimam patriam noſtram adhuc divinâ benignitate frui, luculentiſſimo indicio eſt, quod hodiè effertur funus Viri *Nobiliſſimi, Ampliſſimi* atque *Conſultiſſimi* JOHANNIS RHODE, U. J. D. & Reip. hujus *Senatoris*, qui ſe toto illo tempore, quo Procerum ordini adſcriptus fuit, talem qualem modo deſcripſimus, præſtitit, quémque adeò ſibi ereptum omnis Civium ordo luget. Lucem is primùm hic Bremæ adſpexit A. MDCLXXVIII. a. d. 6. Octobr. *Patre* editus Viro *Nobiliſſimo* atque *Ampliſſimo* BERNHARDO RHODE, U. J. D. itidémque Senatore, *Matre* verò *Nobiliſſimâ* atque *Præſtantiſſimâ* TIBETHA AM ENDE. *Avum, paterni ſtemmatis*, habuit *Nobiliſſimum* JOHANNEM RHODE, Negotiatorem ex præcipuis, *Aviam* MARGARETHAM SPECKHANEN, BERNHARDI SPECKHANEN, *Patritii*, & ILSABEÆ NETTELSTRUCKS filiam, neptem BERNHARDI SPECKHANEN Præfecti armamentario, & GESÆ SCHARHARN, filiæ BERNHARDI SCHARHARN & ANNÆ à BORCKEN. *Proavum*, nactus eſt GEORGIUM RHODE, Mercatorem itidem ex honeſtioribus. *Proaviam*, ANNAM BARNEFüR, Patre editam JOHANNE BARNEFüR, hæreditario Domino in tractu Oſnabrugenſi, & pedeſtris militiæ ſub Imperatore Carolo V. Chiliarcha, *Matre*, FENNEKA à KNIPHAUSEN. *Abavum*, JOHANNEM RHODE, lautioris fortunæ Virum, in *Brechtelshauſen* comitatûs *Ravenſpergenſis*, qui puriorum ſacrorum cauſâ patriam ſuam cum noſtrâ commutavit, vitámque longiſſimè ultra communem ſortem ad CVIII. annos extendit. *Materni* ſtemmatis, *Avum* numerat, Virum *Nobiliſſimum* atque *Experientiſſimum* ARNOLDUM AM ENDE, *Comitem Palat. Cæſ. Med. D. & Reip. Phyſicum. Aviam*, ANNAM SPECKHANEN, OTTONIS SPECKHANEN, Ampliſſimi Reipub. Senatoris, (cui pater idem ſupra memoratus Præfectus armamentario, BERNHARDUS SPECKHANEN, mater ex *Nobiliſſimâ* DüRINGIORUM gente erat) & ADELHEIDÆ SCHNEDERMANNIÆ filiam, *Patre* CHRISTIANO SCNEDERMANNO editam. *Proavus* hujus ſtemmatis erat Vir *Celeberrimus* atque *Experientiſſimus* VALENTINUS AM ENDE, *Med. Doct.* Lipſiæ, ubi *Profeſſoris* & *Archiatri Electoralis* provinciâ fungebatur, ad *Phyſici* urbis noſtræ munus ab Ampliſſimo Senatu accitus. *Proavia*, TIBETA HAVEMANNIA, ARNOLDI HAVEMANNI, Spectatiſſimi Ordinis Seniorum membri, & GEBECCÆ WACHMANNÆ filia. His editus majoribus, cùm jam in teneriori juventute Patre orbatus eſſet, à ſuperſtite matre tanto majori curâ educatus, ſatis maturè in ludum noſtrum literarium miſſus, peractiſque omnium claſſium curriculo A. MDCXCV. ad altiora ſubſellia promotus eſt. Ubi poſtquam in arte oratoriâ & Philoſophiâ ſub Viris Clarr. *Sagittario, Tabingio* & *Tilingio* exercuiſſet, ſed exacto vix anno cariſſ. quoque Matrem amiſiſſet, Avunculus ejus Vir *longè Celeberrimus* atque *Eruditiſſimus* MARCUS RHODE, *JCtus* & *Profeſſor* in almâ Academiâ Francofurtanâ, clariſſimi nominis, eum ad ſe invitavit. Cujus conſilium ſecutus, ſub Celebb. Profeſſoribus, ALBINO, T. H. à LITH, & ARNOLDO WESENFELD cœpta hìc ſtudia propædeutica feliciter continuavit, donec Themidis ſe ſacris tradens, ſub Principe JCtorum noſtræque urbis immortali decore HENRICO COCCEJO aliisque Celeberrimis viris, accedente inprimis quotidiano ductu Clariſſimorum MARCI & MICHAELIS RHODE ſtudia juris feliciſſimè urgeret. Sic ſtipendiis in almâ Francofurtanâ non ſine ſingulari fructu quinque admodum annis, viſiſque interea etiam, quæ *Berolini, Cuſtrini* aut in aliis vicinis locis memorabilia occurrunt, tum verò habitâ, ſub præſidio *Celeb.* MICHAELIS RHODE, diſſertatione valedictoriâ, *de unione prolis ſine Pratore*, iter in peregrinas oras ſuſcepit, & primùm quidem luſtratis præcipuis amœniſſimi belgii urbibus, prævio tentamine atque examinibus, nec non ventilatâ publicè a. d. XXVIII. Januarii A. MDCCI. diſſertatione inaugurali *de locatione ad longum tempus*, ſupremos in utroque jure honores ſuſcepit. Animus erat hinc per Brabantiam in Galliam tendere, at cùm bellum, quod interea ob ſucceſſionem Hiſpanicam exarſerat, id non ſatis tutò permitteret, mutato conſilio præcipuas Principum Germaniæ aulas atque Academias inviſit, eáque occaſione cum Celeberrimis ejus ætatis Viris amicitiam contraxit. Inprimis *Viennæ in Auſtriis, Ratiſbonæ* & *Wetzlariæ* hæſit diutiùs, ad cognoſcendam penitius aulam Cæſaream, Diætam, Dicaſteria & Collegia Imperii, ubi & multis præcipuæ dignitatis Viris innoteſcendi occaſionem nactus eſt. Viennâ tandem in Hungariam reverſus, per Bohemiam a. d. XII. Octobr. CIↃIↃCCII. in amantiſſimam patriam rediit. Hic ubi ſedem fixiſſet, inque foro patrio, aliis opem ſuam expoſcentibus, ſummâ fide inſervire cœpiſſet, tandem a. d. IV. Octob. CIↃIↃCCVII. connubialia ſacra, cum Nobiliſſimâ omnibúsque ſexûs ſui decoribus abundè ditatâ Virgine HIBBELIA ALERSIA, filiâ Viri *Nobiliſſimi, Ampliſſimi* atque *Conſultiſſimi* JOHANNIS ALERSII, U. J. D. & *Reipub. patriæ Senatoris* optimè meriti, nec non *Nobiliſſimæ* atque *Præſtantiſſimæ Matronæ* GEBECCÆ HOLLEN, cui Pater obtigit itidem *Ampliſſimus Senator* JOHANNES HOLLE, celebravit. Beavit ſupremum Numen Conjugium hoc, quod omni ex parte felix atque ex voto fuit, quinâ ſobole. Primogenita filia TIBETA CATHARINA a. d. ... Aug. A. CIↃIↃCCVIII. nata, ſed tertio jam anno a. d. VII. Jul. A. CIↃIↃCCXI. exſtincta eſt. Secundo partu a. d. XIV. Jul. CIↃIↃCCX. editus filius JOHANNES, pro ætatis, quam attigit ratione, jam egregia quæque minabatur, verum & hic ſpes, cùm a. d. XXIII. Maji A. CIↃIↃCCXVIII. è vivis eriperetur, maturè decollavit. Conſtantius

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

67

46.

RECTOR & PROF
ILLUSTRIS SCHOLÆ
LECTORI

MODERATIO ANIMI, quæ ut Valer. Max. Lib. IV. cap. I
incurſu transverſas ferri non patitur, MORUMque BLANDA LEN
inſigni maximéque neceſſario ornamento illis eſt, quos Divina Provid
manitate temperat, arbitrariæ autem poteſtati, effrenique imperandi
contemnat, aut adfectuum perverſis moribus abreptus, ſuique officii i
que pertimeſcendus evadat. Qui ita animati ſunt, aliis ope ſuâ aut co
conditionis ſit, ferociter repellunt. Qui ſic adfecti ſunt, patulas ultrò
ſinum effundendi anſam ſuppeditant, ſicque ipſi ſimul non ſolùm intelligunt, quo pacto il
cognitio ad ipſos pertinet, placidiùs penitiúsque inquirendi, quod in optimè conſtitutâ repu
magiſtratibus judicibúsque tantopere commendabat *Deut.* XIX. 18 & 2. *Chron.* XIX. 6. ſeqq
potius, ſi illam in civium ſuorum commodum exſerere queant, aut ſi etiam votis annuere
teſtificatione, ægritudinem leniunt, memores, quod rectiſſimè de *Principe*, humani generis
publicæ Gubernatores, quadrare: *Non oportere quenquam à ſermone* eorum *triſtem diſcedere.*
ſolùm privatis adfectibus aut ſimultatibus nihil indulget, ſatius cenſens, cum *Tarentino Archy*
gorem, quantum iura ſinunt, ita temperat, ut pateat, non ſine ægritudine quadam aliis ægrè
P. Sulla, in *Valerio Poplicola*, inque aliis claris Viris apud Veteres ſummis laudibus extolli
ſemel laudatus Valerius Max. Huic igitur ſummo jure operam dant quotquot *longè errare* n
gitur. Per hanc ſe verè *Patres Patriæ* (qui præſtantiſſimus omnéſque alios etiam ſuperbiſſim
niunt *aditum ad multitudinem*, *ut in univerſorum animos influere poſſint*, ut cum ROMANO
titudinis commovetur ipsâ famâ & opinione - - omnium earum virtutum, quæ pertinent ad MA
culcabat: ὅσα νῦν ἐν ἀθυμίᾳ διοικοῦσι πρὸς ἀνάγκην τῆς ἀρχῆς, ταῦτα σωφροσύνῃ καὶ δικαιοσύνῃ μετ' εὐμ
Patri cum benevolentia eſſe præſtituros. PLUT. *in Dion.* p. 962. Qui ſic præſunt reipublicæ, hos
ta Reſpublica quæ tales nacta eſt Proceres! Felix civitas quæ talibus moderatoribus gaudet! Ha
quod hodiè effertur funus Viri *Nobiliſſimi*, *Ampliſſimi* atque *Conſultiſſimi* JOHANNIS RHO
fuit, talem qualem modo deſcripſimus, præſtitit, quémque adeò ſibi ereptum omnis Civium
editus Viro *Nobiliſſimo* atque *Ampliſſimo* BERNHARDO RHODE, U. J. D. itidémque Sen
ſtemmatis, habuit *Nobiliſſimum* JOHANNEM RHODE, Negotiatorem ex præcipuis, *Avia*
BÆÆ NETTELSTRUCKS filiam, neptem BERNHARDI SPECKHANEN Præfecti arm
CKEN. *Proavum*, nactus eſt GEORGIUM RHODE, Mercatorem itidem ex honeſtioribus.
in tractu Oſnabrugenſi, & pedeſtris militiæ ſub Imperatore Carolo V. Chiliarcha, *Matre*, FEN
telsbauſen comitatûs *Ravenſpergenſis*, qui puriorum ſacrorum cauſâ patriam ſuam cum noſtrâ
ternum ſtemma, *Avum* numerat, Virum *Nobiliſſimum* atque *Experientiſſimum* ARNOLDUM
NEN, OTTONIS SPECKHANEN, Ampliſſimi Reipub Senatoris, (cui pater idem ſupra
DüRINGIORUM gente erat) & ADELHEIDÆ SCHNEDERMANNIÆ filiam, *Patre*
atque *Experientiſſimus* VALENTINUS AM ENDE, *Med. Doct.* Lipſiâ, ubi *Profeſſoris* &
accitus. *Proavia*, TIBETA HAVEMANNIA, ARNOLDI HAVEMANNI, Spectabilis
jam in teneriori juventute Patre orbatus eſſet, à ſuperſtite matre tanto majori curâ educatu
A. MDCXCV. ad altiora ſubſellia promotus eſt. Ubi poſtquam in arte oratoriâ & Philoſop
Matrem amiſiſſet, Avunculus ejus Vir *longè Celeberrimus* atque *Eruditiſſimus* MARCUS RH
tavit. Cujus conſilium ſecutus, ſub Celebb. Profeſſoribus, ALBINO, T. H. A LITH, & ARN
ſacris tradens, ſub Principe JCrorum noſtraéque urbis immortali decore HENRICO COCC
& MICHAELIS RHODE ſtudia juris feliciſſimè urgeret. Sic impletis in almâ Francofurt
Cuſtrini aut in aliis vicinis locis memorabilia occurrunt, tum verò habitâ, ſub præſidio *Celeb.*
nas oras ſuſcepit, & primùm quidem luſtratis præcipuis amœniſſimi belgii urbibus, prævio
tatione inaugurali *de locatione ad longum tempus*, ſupremos in utroque jure honores ſuſcepit.
nem Hiſpanicam exarſerat, id non ſatis tutò permitteret, mutato conſilio præcipuas Principum
citiam contraxit. Inprimis *Viennæ in Auſtriis*, *Ratisbonæ* & *Wetzlariæ* hæſit diutiùs, ad cog
cipuæ dignitatis Viris innoteſcendi occaſionem nactus eſt. Viennâ tandem in Hungariam te
fixiſſet, inque foro patrio, aliis opem ſuam expoſcentibus, ſummâ fide inſervire cœpiſſet, ta
ribus abundè ditatâ Virgine HIBBELIA ALERSIA, filiâ Viri *Nobiliſſimi*, *Ampliſſimi* atque
Nobiliſſimæ atque *Præſtantiſſimæ Matronæ* GEBECCÆ HOLLEN, cui Pater obtigit itidem
quod omni ex parte felix atque ex voto fuit, quinâ ſobole. Primogenita *filia* TIBETA CATHARINA
XIV. Jul CIƆIƆCCX. editus *filius* JOHANNES, pro ætatis, quam attigit ratione, jam egregia quæque mina
fuit gaudium, quod ex tribus reliquis adhuc divinâ benignitate ſuperſtitibus amantiſſimi Parentes perceperunt. Quæ enim A. CIƆIƆCCXLI. a.
Nobiliſſ. Ampliſſ. atque *Conſultiſſ.* JOHANNI WILHELMO KLAMPRINGIO JCto, Potentiſſ. Regis Sueciæ & Ser. Haſſiæ Landgravii
jam A. CIƆIƆCCXL. a. d. XXVII. April. dulciſſimo conjuge orbata eſt. Sequitur Vir *Nobiliſſ.* atque *Conſultiſſ.* HENRICUS RHODE, U. J. D. &
junxit, *Nobiliſſimam Laudatiſſimámque* Virginem MARIAM THEODORAM OTTO, Viri *Nobiliſſ. Ampliſſ.* atque *Excellentiſſ.* EVERH
autem Reip. hujus *Syndici Senioris*, & *Nobiliſſ.* atque *Celebratiſſ.* Matronæ, MARIÆ ELISABETHÆ CRUSEN, *filiam unicam.* Reliq
Deum pietatem ſpirantem, non ſolùm publicè in exercitiis cultûs divini aſſiduus, ſed & privatim aliquot quotidie horas eidem, & inprimis
ut ſemper novas obſervationes ad ſui excitationem adnotaret. Erga proximum ſe non minùs, comem, affabilem, pacis ſtudioſum, erga
ordinem, ſuo merito allectus eſt, ubi cum decenti gravitate ubique laudabilem illam animi moderationem morúmque lenitatem præ ſe
Mariani Cœtûs membris, *Ædilis* eligebatur, cui muneri, æquè ac illis, quæ in Senatu obtinuit, ut inprimis *Præfecti rei militaris*, & *inſpe*
diutiùs frui licuiſſet. Nec levis ejus rei ſpes affulgebat, cùm ſatis firmâ valetudine frui videretur. Sed invaleſcens *plethora* pedetentim
bat, tùm verò, proſtrato penitus appetitu, accedentes motus febriles, nec non ante XIV. dies graviſſima Ἀυπνία ſeptem horarum,
dem ſpiritum in manus Domini a. d. IV. labentis menſis inter IX. & X. veſpere placidè tradidit, annos natus LXVI. & octo, demto biduo,

ROFESSORES P.
LÆ BREMENSIS
DRI S.

IV. cap. I. in init. ait, *mentes noſtras impotentiæ & temeritatis*
AS, uti omnes ſine diſcrimine, præcipuè in ſocietate cum aliis viventes, apprime decet, ita
a Reipublicæ gubernaculo admovit. Hæc gravitatem, quam muneris dignitas flagitat, hu-
idini, modum ponit. Hæc impedit, quò minus quis ſe efferat inſolentiùs, alióſque præ ſe
emor, illis, quorum ſaluti invigilare, quorúmque commoda promovere debebat, gravis at-
o indigis, liberum ad ſe facilémque acceſſum pandunt, nec quenquam cujuscunque etiam is
ibus aures præbent, ſuáque deſideria aut neceſſitates liberè exponendi, & velut in paternum
uàm rectiſſimè ſubvenire queant, ſed & occaſionem ſæpe nanciſcuntur, in cauſas, quarum
i ipſius Dei nomine primùm MOSES, & ad ejus dein exemplum pius Rex JOSAPHATUS
Qui iſto ſunt animo, non facilè ſuam benevolentiam fruſtra implorari ſinunt, quin gaudent
poſſint, non vanâ pollicitatione, ſed blandiori, at verâ tamen & ſincerâ propenſæ voluntatis
iæ, TITUS dicebat, apud SUETONIUM in *ejus vitâ* cap. VIII. multò magis in *liberæ Rei-*
od ſi & nonnunquam ſeveritate uti Leges jubeant, moderatum illud lenéque ingenium, non
apud Val. Max loco adducto dicere, *jumpſiſſem à te ſupplicium, niſi iratus eſſem;* ſed & ri-
re, civéſque non perditos, ſed emendatos & ſervatos cupere. Hæc itaque virtus meritò in
in quibus *ut eadem ſuos effectus recognoſcat*, prolixiori eorundem enumeratione curavit plus
nt, *qui imperium gravius eſſe aut ſtabilius credunt, vi quod ſit, quàm illud quod amicitiâ adjun-*
nfinitis paraſangis exſuperans magiſtratuum titulus eſt) præſtant. Per hanc facillimè inve-
TORE *Lib.* II. *de Offic.* cap. IX. loquar. *Vehementer enim*, ut mox ſubjungit, *amor mul-*
UETUDINEM & MORUM FACILITATEM. Quare & DION Syracuſano DIONYSIO in-
πατρονεμούμενα, quæ nunc inviti faciunt, coactione imperii, hæc moderatione & juſtitiâ tanquam
cives vivos in oculis ferunt, horúmque etiam memoria illis poſt fata, ſacroſancta manet. Bea-
icitate dulciſſimam patriam noſtram adhuc divinâ benignitate frui, luculentiſſimo indicio eſt,
U. J. D. & Reip. hujus Senatoris, qui ſe toto illo tempore, quo Procerum ordini adſcriptus
luget. Lucem is primùm hîc Bremæ adſpexit A. MDCLXXVIII. a. d. 6. Octobr. *Patre*
e, *Matre* verò *Nobiliſſimâ* atque *Præſtantiſſimâ* TIBETHA AM ENDE. *Avum*, *paterni*
ARGARETHAM SPECKHANEN, BERNHARDI SPECKHANEN, *Patritii*, & ILSA-
entario, & GESÆ SCHARHARN, filiæ BERNHARDI SCHARHARN & ANNÆ à BOR-
viam, ANNAM BARNEFüR, Patre editam JOHANNE BARNEFüR, hæreditario Domino
IA à KNIPHAUSEN. *Abavum*, JOHANNEM RHODE, lautioris fortunæ Virum, in *Brech-*
ommutavit, vitámque longiſſimè ultra communem ſortem ad CVIII. annos extendit. *Ma-*
ENDE, *Comitem Palat. Cæſ. Med. D. & Reip. Phyſicum. Aviam*, ANNAM SPECKHA-
noratus Præfectus armamentario, BERNHARDUS SPECKHANEN, mater ex *Nobiliſſimâ*
ISTIANO SCNEDERMANNO editam. *Proavus* hujus ſtemmatis erat Vir *Celeberrimus*
atri Electoralis provinciâ fungebatur, ad *Phyſici* urbis noſtræ munus ab Ampliſſimo Senatu
gii Seniorum membri, & GEBECCÆ WACHMANNÆ filia. His editus majoribus, cùm
ſatis maturè in ludum noſtrum literarium miſſus, peractóque omnium claſſium curriculo
e ſub Viris Clarr. *Sagittario*, *Tabingio* & *Tilingio* exercuiſſet, ſed exacto vix anno cariſſ. quoque
E, *JCtus* & *Profeſſor* in almâ Academiâ Francofurtanâ, clariſſimi nominis, eum ad ſe invi-
DO WESENFELD coepta hîc ſtudia propædeutica feliciter continuavit, donec Themidis ſe
aliiſque Celeberrimis viris, accedente inprimis quotidiano ductu Clariſſimorum MARCI
non ſine ſingulari fructu quinque admodum annis, viſiſque interea etiam, quæ *Berolini*,
CHAELIS RHODE, diſſertatione valedictoriâ, *de unione prolis ſine Prætore*, iter in peregri-
nine atque examinibus, nec non ventilatâ publicè a. d. XXVIII. Januarii A. MDCCI. diſſer-
mus erat hinc per Brabantiam in Galliam tendere, at cùm bellum, quod interea ob ſucceſſio-
maniæ aulas atque Academias inviſit, eáque occaſione cum Celeberrimis ejus ætatis Viris ami-
ndam penitiùs aulam Cæſaream, Diætam, Dicaſteria & Collegia Imperii, ubi & multis præ-
s, per Bohemiam a. d. XII. Octobr. CIↃIↃCCII. in amantiſſimam patriam rediit. Hîc ubi ſedem
a. d. IV. Octob CIↃIↃCCVII. connubialia ſacra, cum Nobiliſſimâ omnibúsque ſexûs ſui deco-
ltiſſimi JOHANNIS ALERSII, U. J. D. & *Reipub. patriæ Senatoris* optimè meriti, nec non
ſſimus Senator JOHANNES HOLLE, celebravit. Beavit ſupremum Numen Conjugium hoc,
IV. Aug. A. CIↃIↃCCVIII. nata, ſed tertio jam anno a. d. VII. Jul. A. CIↃIↃCCXI. exſtincta eſt. Secundo partu a. d.
verùm & hæc ſpes, cùm a. d. XXIII. Maji A. CIↃIↃCCXVIII. è vivis eriperetur, maturè decollavit. Conſtantius
Sept. in lucem edita erat *Nobiliſſima* atque *Lectiſſima Virgo* altera TIBETA CATHARINA A. CIↃIↃCCXXXV. a. d. 7. Jun. nuptum ceſſit Viro
præfecturâ *Uchtenſi*, *Satrapæ*, poſtmodum Reip. *Senatori meritiſſimo* & pluribus à Deo prærogativis eſt cumulata, ſi id unum excipias, quod
tus famigeratiſſimus, qui a. d. V. Nov. CIↃIↃCCXIII. in hoc mundi theatrum intromiſſus, a. d. XXVIII. proximè elapſi anni felici connubio ſibi
OTTO, JCti maximè inclyti, quondam in *Academiâ Duisburgenſi*, dein *Ultrajectinâ*, *Profeſſ. Jur. Civ. & Publ.* longè *Celeberrimi*, nunc
Vir Nobiliſſ. atque *Conſultiſſ.* HIERONYMUS RHODE. U. J. D. & *Advocatus integerrimus*. Vitam B. defunctus inſtituit ſemper ſinceram in
orum maximè verò Sacri Codicis lectioni impendens, quam, ut ex exemplari, quo uti ſolebat, patet, plus ſemel in anno eâ attentione abſolvit,
nificum præbuit, idque non tantùm quamdiu ut privatus vixit, ſed & poſtquam A. CIↃIↃCCXVIII. a. d. IX. Sept. in Ampliſſimorum procerum
ſe efferens, ſed omnibus ſemper placere ſtudens. Conciliavit hoc ipſi ſingularem civium amorem, unde & A. CIↃIↃCCXXXVI. a. d. XII. Dec. à
is viduarum D. Nicolai atque *Orphanotrophii civici*, ſummâ fide aliſque inſerviendi ſtudio præfuit. Optaſſent itaque boni omnes, ut eo
degeneravit, donec ante VI. circiter hebdomades ulcus in pede dextro oriretur, quod intentiſſimos dolores ciens, nullam illi requiem concede-
edicam eludebant, inprimis cùm & interiores partes obſidens pituita, nec nutrimentum nec medicamina admitteret. Sic exhauſtis viribus, tan-
od mortale in ipſo erat, hodiè in ſpe beatæ reſurrectionis infertur tumulo in Æde D. Anſgarii. P. P. Bremæ a. d. IX. Jun. CIↃIↃCCXLV.